DE SENTENTIIS
QUAS DICUNT CAECILII BALBI.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE LUDOVICO-MAXIMILIANEA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

JOSEPHUS SCHEIBMAIER
MONACENSIS.

MONACHII.
TYPOS CURAVIT H. KUTZNER.
MDCCCLXXIX.

GUILIELMO MEYER SPIRENSI

VIRO DOCTISSIMO ATQUE ERUDITISSIMO, AMICO
VETERUM SENTENTIARUM STUDII
COMMUNIONE JUNCTISSIMO

D. D. D.

J. SCHEIBMAIER.

Ut hac aetate ex libris optimorum scriptorum loci gravissimi et elegantissimi excerpuntur et in collectiones congesti eduntur, ita etiam antiquitatis posterioribus saeculis aliquot literati et studiosi homines sibi proposuerunt, ex thesauro literarum Graecarum illo tempore immenso atque integro facete dicta lepidasque fabellas ac sententiosas partes colligere et in lucem proferre. Unde ortae sunt sententiarum collectiones, quae aut ad res aut ad literarum ordinem dispositae in omnium fere usu erant.

Hi libri cum eruditionem omnibus et delectationem afferebant tum a pueris, ut eorum ingenia ad humanitatem informarentur, in scholis lectitabantur. Atque etiam quicunque dicendi artem profitebantur, in his collectionibus multa, quibus suas orationes adornarent et affirmarent, inveniebant.

Quo factum est, ut aetate quam vocant Byzantiam, qua homines docti cupiditate libros excerpendi ardebant, florilegiorum numerus magis magisque augeretur, id quod multitudine codicum nobis servatorum probatur.

At ex saeculo sexto decimo philologi huic literarum Graecarum generi aequo minorem dare coeperunt operam; haud merito, nam ut pauca afferam, quanta copia versuum a poetis veteribus factorum, quot fragmenta philosophorum, quorum libri perierunt, nobis redundant ex Stobaei operibus! Item florilegia Maximi, Antonii, Georgidis multas nobis sententias novas ac splendidas et de hominum vita et de moribus suppeditant.

Romanis autem literis florilegium quod aut argumento aut magnitudine aut vetustate Stobaeense aequet non debemus. Medii aevi collectionibus latinis nil continetur nisi quae ex libris clarorum scriptorum hodie quoque plane servatis excerpta sunt ut Ciceronis, Vergilii, Ovidii. Quae cum ita sint, haud mireris, E. Woelfflinum, virum literatissimum, hominum doctorum oculos ad se convertisse libello anno 1855 Basiliae edito: 'Caecilii Balbi de nugis philosophorum quae supersunt', qui latina fragmenta sententiarum a Caecilio Balbo, aequali Trajani, collectarum se proferre dixerit.

At paulo post cum Reifferscheid et Woelfflin ipse denuo de hac re quaesivissent, perspexerunt, neque libri titulum neque auctoris nomen constare, sed falso ex locis aliquot non recte intellectis Policratici Joannis Saresberiensis ortum ac profectum esse.

Jam vero hac dissertatione demonstrare conor, collectionis, quae eadem in quibusdam aliis a Woelfflino non inspectis codicibus invenitur, majorem partem ex ampliore Graeco florilegio latine versam esse.

Hoc ita se habere inde intellegas, quod praeter certum Publilianorum versuum numerum non solum nulla ejus collectionis sententia ex latino aliquo scriptore deprompta est, sed etiam multae in Graecis florilegiis leguntur. Accedit quod tituli et lemmata et ratio, qua sententiae dispositae sunt, spectant ad Graecum exemplar.

I. De sententiarum editione principe.

In prima parte libri quem supra diximus Woelfflin hanc viam quaerendi ac rationem ingreditur:

Joannes Saresberiensis, circa annum 1159, in Policratico, III, 14, affert locum haud exiguum ex praefatione auctoris, quem appellat Caecilium Balbum. Qui imperatorem quendam effert summis laudibus, quod pro deo se coli vetuerit. Hunc locum excipiunt apud Joannem, — ut Graeco verbo utar — ἀποφθέγματα veterum philosophorum, regum, ducum ‘hoc vinculo inter se conjuncta, ut maledictis lacessitos unam patientiam decere comprobetur’. Ex eis, quas Saresberiensis adjungit, narrationibus unam primus Petersen (Verhandlungen der Philologen und Schulmänner, Cassel 1844) reppererat in membranacea schedula bibliothecae Hamburgensis (saec. XIV), ubi legitur: ‘Caecilius Balbus l. 3 de nugis philosophorum’. Itaque omnes illas fabellas ab Joanne ex Caecilii cujusdam libro de nugis philosophorum haustas esse conjecit.

Quod Petersen statuit, Woelfflin confirmat ope schedarum Lindenbrogianarum, quas ipse protulit. Hae sunt, ut in margine adnotavit Lindenbrog, ‘ex vet. ms. lib. sententiarum’ et inscribuntur: ‘fragmenta Caecilii Balbi de nugis philosophorum’. Ex septendecim ibi narratis fabellis novem iisdem fere verbis apud Joannem Saresberiensem leguntur, undecim reperiuntur in duabus aliis amplioribus sententiarum collectionibus: in codice Monacensi Frisingensi 6292 (saec. XI) et in codicibus Parisinis lat. 2772 (saec. X), 4887 (saec. XIII), 4718 (saec. XIII), quos, quia eadem corruptela inquinati sunt, ex communi fonte desumptos esse Woelfflin putat.

In codice Monacensi auctoris quidem vestigium non superest, codicibus autem Parisinis nil inscriptum est nisi 'Incipiunt sententiae philosophorum'; sed cum nonnullae sententiae et in his codicibus et in schedis Lindenbrogianis atque Policratici l. l. nobis occurrant et in cunctis idem dicendi genus inveniatur, Woelfflin collectiones codd. Mon. et Paris. ex Caecilii Balbi libro de nugis philosophorum excerptas esse conjicit.

Denique ex eodem libro multas sententias a Vinc. Bellovacensi in Spec. hist. doctr. mor. et a Waltero Burleio in vit. philos. allatas esse demonstrat.

In secunda dissertationis parte Woelfflin alios Policratici locos ex Caecilio fluxisse et eodem Suetonium et Macrobium, quod hic saepe eadem uberius ac plenius quam illi exponat, usos esse comprobare conatur. Tum et ex Vincentii Bellovacensis speculis et ex libro de vita et moribus philosophorum a Waltero Burleio composito eruuntur fragmenta Caeciliana.

In tertia parte quaeritur primum, ex quibus scriptoribus ipse Caecilius hauserit. Enumerantur Romani, quibus procul dubio usus sit, Cicero, Valerius Maximus, Seneca, Publilius Syrus; utrum Graeci scriptores Plutarchus, Stobaeus, Isocrates, Athenaeus compilati sint necne, pro certo affirmari non posse.

Deinde, quid de totius operis Caeciliani fatis et descriptione compertum habeat, exponit. Tum disputat de dictione et aetate Caecilii: Ex dicendi genere tempus determinari non posse, cum Caecilii verba nimis depravata sint et in codicibus mscr. et apud medii aevi scriptores. Sed consideranti, ex quibus auctoribus ille quique ex illo hauserint, neque ante neque post Trajani aetatem illum floruisse satis apparere.

Illa dissertatio, ex qua, si niteretur satis firmis fundamentis, cognitio auctorum Romanorum nostra haud parvum caperet incrementum, oculos animosque multorum philologorum in se convertit.

Erant, qui approbarent, quae Woelfflin, vir doctissimus, aperuit, eique applauderent, velut Maehly (Jahrbücher für klassische Philologie 1855, p. 459), K. L. Roth (Heidelberger Jahrbücher der Literatur 1855 p. 387), Schneidewin (Göttinger gelehrte Anzeigen 1855 p. 1516—1521), Halm (Gersdorf Repertorium 1855 vol. III p. 24).

At Duentzer (Jahrbücher für klass. Philol. 1855 p. 654 sq.) contra Woelfflinum hoc, quod non magni momenti est, dixit: Titulum 'de nugis philosophorum' antiquis saltem temporibus poetarum et oratorum et ducum

dictis eisque gravibus inscriptum non esse, sed a quodam medii aevi compilatore fictum esse. Praeterea novos fontes, unde Caecilianum opus locupletaretur, se repperisse putavit: Sophilogium saec. XV a Jacobo Magni Tolosano conscriptum et Compendium moralium notabilium Hieremiae Iudicis s. XII, quo chronica quaedam de nugis philosophorum laudentur.

Contra disseruit Woelfflin (Jahrbücher für klassische Philologie 1856 p. 188 sq.) istius Sophilogii saec. XV compositi vim auctoritatemque multo superari codicibus (saec. XI et X) ideoque neglegendam esse; moralium autem notabilium Compendio, quod ex Diogene Laertio solo haustum sit, nil nisi titulum 'de nugis philosophorum' cum opere Caeciliano esse commune.

Post hanc cum Duentzero controversiam Caecilii de nugis philosophorum liber ab hominibus doctis complures annos impugnatus non est.

Anno 1861 demum Augustus Reifferscheid (Rheinisches Museum vol. 16 p. 12) de hac re denuo disputavit: Joannem Saresberiensem illum Policratici III, 14 locum, quatenus spectes argumentum — dicendi genus enim redolere Joannem — ex Trajani Panegyrico esse mutuatum neque Caecilium Balbum quemquam alium esse nisi Caecilium Plinium. In suo Panegyrici codice Saresberiensem 'Caecilium' tantum legisse apparere et cognomen Balbi ad suum arbritium libidinemque addidisse, ut idem aliis locis, veluti VIII, 13 init., 14 fin. alia scriptorum nomina apposuerit.

Codicis Hamburgensis (s. XIV) autem titulum 'de nugis philosophorum' contractum esse ex altero Policratici titulo: 'de nugis curialium et vestigiis philosophorum'.

Huic sententiae eo minus fidem esse abrogandam propterea quod illa de Alexandro et pirata fabella legatur laudato Policratici loco, ubi scriptor quidam, Caecilius Balbus nomine, commemoretur et verba 'haec Caecilius' ad ea, quae sequantur, falso sint relata.

Eadem ratione verba schedis Lindenbrogianis adscripta: 'Caecilius Balbus liber III, de nugis philosophorum lib. 3, ex libro III' ad Policraticum pertinere; inscriptionem 'fragmenta Caecilii Balbi de nugis philosophorum' non ex codice quodam vetere manasse, sed a Lindenbrogii manu profectam esse, quippe qui omnes, quae schedis contineantur, fabellas ex eodem Caecilii Balbi sibi ignoti libro 'de nugis phil.' haustas esse sine dubio opinatus sit.

Woelfflin et ipse hanc rem alia inquirendi via ad eundem finem perduxit (Rheinisches Museum vol. 16 p. 615 sq. et Pauly Real-Encyclop. s. v. (Caec.) Balbus I. p. 2245 edit. sec.):

Cum omnes libri, in quibus affertur Caecilius Balbus, inferioris sint Policratico aetatis et codices mscr. ex prioribus saeculis servati careant auctoris nomine, omnes fabellae Policratico III, 14 narratae postea demum et falso Caecilio illi ab Joanne laudato assignatae sunt; titulus autem 'de nugis philosophorum' ex illis verbis contractus, quae alterum Policratici titulum esse supra diximus, a posterioribus receptus est in usum lemmatis collectionum sententiarum.

De codicibus haec verba facit: 'Welchen Wert hat das dem Caecilius fälschlich beigelegte Sentenzenmaterial für uns? Was in den codd. des X. Jahrhunderts erhalten ist, können wir nicht als reine Erdichtung des M. A. ansehen, sondern nur als einen durch unbekannte Kanäle vermittelten Ausfluss von Sammlungen des spätern Altertums . . . . . . Dass der Stoff des s. g. Cäcilius seinem Kern nach antik sei, zeigt sowohl die verhältnissmässig immer noch zu gute Latinität der ältesten Handschriften und es ist auch das Urteil einer grossen Anzahl von Philologen.'

Nihilo minus Bernhardy (Grundriss der Röm. Literatur 5. Bearbeitung p. 374) has sententiarum collectiones a compilatore quodam medii aevi factas esse censet. Teuffel (Geschichte der Röm. Literatur 1875) eas plane praetermittit.

Hoc judicio neque subtili et parum confirmato effectum est, ut materies in librum, quem vocant Caecilii Balbi, congesta aliquantum temporis neglegeretur, donec Guilielmus Meyer Spirensis, vir doctissimus et literatissimus, in libello nuper edito: 'Die Sammlungen der Spruchverse des Publilius Syrus' de ea re, ut mihi videtur, rectissime iudicavit (p. 45):

„Wölfflin glaubte einen lateinischen Schriftsteller aus den ersten Jahrhunderten der Kaiserzeit neu entdeckt zu haben. Man schalt ihn deswegen sehr, allein was der Cäcilius Balbus eigentlich sei, wusste niemand zu sagen. Als ich in Italien die Handschriften der griechischen Sentenzensammlungen von Menander, Maximus und Antonius verglich, wurde mir klar, was die Schrift, aus welcher Φ und φ Auszüge sind, eigentlich gewesen ist, nämlich die lateinische Übersetzung einer griech. Spruchsammlung, in welche dann Sprüche des Publilius Syrus eingesetzt wurden. Wir finden in Φ und φ nur die Namen, welche in den ähnlichen griechischen Sentenzensammlungen vorkommen; den Spruch 1—3 in φ sind aus Cicero Verrin. interpolirt; die beiden letzten von φ fehlen in den älteren Handschriften und hätten von W. nicht in den Text gesetzt werden sollen. Die griechische Sammlung muss aber ziemlich hoch hinaufgehen; denn während mit Ausnahme des Stobäus in den übrigen griech. Spruch-

sammlungen jeder Titel zuerst christliche, dann klassische Sprüche bietet, ist diese Sammlung rein von christlichen Sprüchen. Hieraus erhellt, welche wichtige Stellung diese Sammlung in der griech. Sentenzenliteratur einnimmt."

His verbis et summa eorum, quae Woelfflinum statuisse supra diximus, comprobata et recta quaerendi via nobis demonstrata est.

Sed priusquam ex quibus Graecis fontibus illae sententiarum collectiones haustae sint et in Latinum conversae ostendam, codices, quos in quaestionem vocabo, enumerabo atque legentis animo proponam.

II. De sententiarum codicibus.

Duae collectiones, in quibus examinandis nostra versatur dissertatio, servatae sunt in compluribus codicibus, quorum locupletissimos et integerrimos jam Woelfflin in eo libro, quem vocant Caecilii Balbi, in medium protulit; ceteros libros aut inde descriptos aut eorum epitomas Meyer l. l. p. 44 enumeravit, qui suas codd. V, S, R, F collationes liberalissime mihi adhibendas concessit, quamobrem illi maximam habeo gratiam.

I. Atque unam quidem collectionem a Meyero Φ signatam continent:

1. cod. Lat. Mon. 6292 (Frisingensis 90) 2^0 saec. XI fol. 84a—91a, titulo omisso = M.

   Hunc sequuntur, nisi quod sententiae aliquot et tituli et lemmata desunt:

2. cod. Vat. 1769 saec. XIV fol. 194,2—195,3 = V, qui inscriptus est: 'Sententiae ex variis philosophorum dictis collectae'.
3. cod. Vat. 2213 saec. XIV, sub titulo: 'Sententiae diversorum philosophorum collectae'.
4. cod. Vind. saec. XII, quem commemorat Woelfflin (Rhein. Mus. vol. 16 p. 615).

II. Alteram collectionem a Meyero φ notatam servaverunt:

1. cod. Paris. lat. 2772 saec. X = A, cui titulus est: 'Incipiunt sententiae philosophorum'.
2. cod. Paris. lat. 4887 saec. XIII = B.
3. cod. Paris. lat. 4718 saec. XIII = C.

   In utroque codice collectioni est praescriptum: 'Incipiunt diffinitiones philosophorum de omnibus rebus contra querulos sermocinandi'.

4. cod. Laur. Strozzi 75 saec. XIII fol. 48 sq. = S, titulo praeposito: 'Incipiunt sententiae philosophorum'.

Huic codici — id quod multae utriusque codicis communes lectiones atque sententiae 11—13 post sent. 17 transpositae comprobant — insignis similitudo est cum codicibus Parisinis BC; propria autem ejus sunt haec: duodecim sententiae in codd. BC oratione obliqua enarratae oratione recta referuntur; vocabulum 'dixit', quod lemmatis additum est, deest; librarius opinor nonnulla, quae ei corrupta esse videbantur, ex suo ingenio emendare ausus est, velut in sent. 39 inculcat: 'negatum fuerit', in sent. 52 emendat: gravior est labor ...., in sent. 53 scribit: .... modum haberi oportet. Loco tertiae, quae omissa est, sententiae insertae sunt quattuor, quae in 'septem Sapientum sententiis ab Ausonio explicatis' reperiuntur. Denique nonnullae sententiae ut 17, 53, 54, 63, 65, 82 iisdem verbis, quibus eas apud Walterum Burleium legimus, exprimuntur.

Woelfflin l. l. facit mentionem:

5. codicis Parisini lat. 8818 saec. XI fol. 45.
6. codicis S. Victor. lat. 785 saec. XV fol. 125.
7. codicis Parisini lat. 8027 saec. XIV.

III. Utramque collectionem habent:

1. cod. Laur. 20,48 8° saec. XII exeuntis fol. 52,2—54,1 = F.

Titulo praeposito: 'Sententiae philosophorum' Parisinorum codd. dicta continet eaque cuncta praeter sex [3, 38, 39, 40, 67, 77] et, quod pertinet ad discrepantiam scripturae, plerumque concordat cum codd. BC (velut in stt.: 25, 26, 33, 65). Item sentt. 11—13 inseruntur post sententiam 17 et sentt. 67 et 77 omittuntur. Cum codice S ei commune est, quod sent. 3 deest neque vox 'dixit' lemmatis adscripta est.

Hanc collectionem excipit nullo titulo inscripto neque ullo spatio intermisso epitome codicis M. Unde librarius primum sententias Socrati tributas, cujus nomen extremis quoque collectionis φ adscriptum esse probabile est, collegisse et depinxisse videtur, dico I, 14—19; I, 2—11; III, 6—V, 1; II, 2^b, deinde referuntur sententiae, quae pleraeque Pythagorae tribuuntur: VII, 1—4; X, 2, 3; I, 1; III, 1; tum sententiae, quae Heraclito adscribuntur: I, 20; I, 26—31; denique diversorum philosophorum dicta: III, 4, 5; II, 3; III, 3; VIII, 1; agmen claudit X, 1 verbis additis: 'he sunt sententiae philosophorum'. Ordo igitur, qui in cod. M servatur, in hoc cod. prorsus immutatur; desunt praeter titulum VIII, 1 'de timore' omnes tituli; usque ad sent. III, 1 nullum aliud lemma nisi 'idem' reperitur.

2. cod. Vat. Reg. 1575 4° saec. XIII fol. 94,3—97,1 = R, cui titulus praefixus est: 'Proverbia philosophorum'. (Vinc. Bellovac. affert sententias, quae leguntur 'in Proverbiis philosophorum'.)

In hoc codice inest Monacensis collectionis exemplar, codice M bonitate et integritate multo inferius. Desunt 28 sententiae et plerique tituli; in quattuor locis sententiis aliae irrepserunt aliunde desumptae: post sent. IX, 1 octo versus ex Fulgentio, post XII, 4 novem versus de Mida, post XVII, 2 octo versus, post XXXIV, 3 duo versus. Nova lemmata adscripta sunt: ad XII, 1 Epamin (Walt. Burl.: Epimenides), XI, 4 Ermogenes, XIV, 1 Socrates (idem apud Walt. Burl.), XXXVIII, 4 Solon (Walt. Burl.), XL, 2 Julius i. e. Julius Caesar cf. φ 32, (idem lemma eidem sent. addunt Saresb. et Vinc.).

In eodem versu, quo collectio Φ finitur, incipit alterius φ epitome, quae proxime abest ab cod. S. Inter corruptelas utrique codici communes dignae sunt, quae commemorentur: post secundam sent. eidem quattuor versus inserti sunt; sententiae 25 eidem versus, qui in cod. S, praefixi sunt. 'Quanto plus liceat, tanto libeat minus'. Sent. 63 legitur: Multo turpius est, cujus delicto . . . . . Sub finem subjuncta sunt: 'Praecepta Pythagorae.'

3. cod. Monacensis lat. 17210 (Scheftlarn 210) membr. 4° min. saec. XIII = Sch est unus ex multis illis codicibus, qui Grammaticalia complectuntur.

Folii 70 columna 4 exhibet Publilianorum versuum syllogen ad literarum ordinem ex collectione Frisingensi digestam et a Meyero signatam ψ. cf. Meyer die Sammlungen der Spruchverse des Publilius Syrus pag. 5, 21, 25. Haec finitur fol. 73 col. 4: 'Ubi (unum?) benefic(i)um bene positum multorum amissorum dampna solatur. Finis quoque libri hujus'.

Sequitur titulo non praemisso collectio Φ tota praeter 20 sententias: XIII, 2^b, XV, 6, XXII, 4, XXIII, 3, XXIX, 1, XXX, 1, XXXIV, 2, XXXVII, 1, XXXVIII, 1, 2, 3, XXXIX, 4, XLI, 2, 3, XLIII, 3, 5, XLVIII, 1, 7, 11, 12.

Series sententiarum inde a I, 1 usque ad XXXVI, 1 eadem est, quam in cod. M invenimus, praeterquam quod sententiae II, 3 et I, 20—31 post XX, 1 leguntur. Post sent. XXXVI, 1 ordo codicis M omittitur sententiaeque ita disponuntur: XLIV, $XLIV^b$, XL, 1, 2, 3, 4, XXXVIII, 4, XXXIX, 1, 2, 3, I, 12, XLII, XLVIII, 3, XLIII, 1, 4, 2, XLV, XLVI, XLVII, 1, 2, XLVIII, 2, 4, 5, 6, 8, 9, 13, 10, XXXIX, 5, XLI, 4, 1. Inserta est post XLII sententia, quae neque in Φ neque in φ legitur:

'Quidam interrogatus: Bonum est loqui an tacere, Si verba sunt, inquit, otiosa, dimitte ea et, si bona, fac locum et loquere. Verumtamen si bona sunt, non diu protrahas, sed cito incide, quod loqueris, et quiesce'.

Inter XLVIII, 10 et XXXIX, 5 interpositae sunt duodecim sententiae, quae ex quo fonte fluxerint ego quidem nondum exploratum habeo.

1. Sapientia sine eloquentia utcumque proderit, eloquentia sine sapientia nunc quidem proficit.
2. Quo ordine calamum suscipiet pagina, qui in mente vel lingua regentis non accipit, quod effundat?
3. Notam ingratorum silentio tuo videris incurrere, dum pigritaris ceteris communicare, quod gratis probaris accepisse.
4. Facit quippe negligentia quid deterius arta serare (fortasse scribendum est servare) custodia, quod distributum majora danti vel accipienti conferre potuit salutis incrementa.
5. Rapuisse videtur proximo, qui nulli communicat, quod accepit, quasi glorians de primatu.
6. Caeca prudentia est nolle prodesse cui possis.
7. Sibi constat, qui mentem sapientiae disciplina informat.
8. Plato dixit: Sapientium vita meditatio mortis est.
9. Sevius (conj. Naevius) Pati necesse est mortales multa mala. (Versus iambicus fortasse ita restituendus est: Pati necesse est multa mortales mala.)
10. Ennius. In hoc regi distat plebs loco: plebi lacrimari licet, regi honesti (fortasse honeste) non licet.
11. Xerxes, rex ille potentissimus, qui subvertens montes maria constravit, cum de sublimi (in codice leg. sublimo) loco infinitam hominum multitudinem et innumerabilem vidisset exercitum, flevit dicens: Post centum annos nullus eorum, quos nunc cernimus, superfuturus est. (Vide Hieronymi epist. 60 ad Heliodorum cap. 18, cf. Stob. fl. 98,73, Val. Max. 9,13).
12. Crates Thebanus multarum possessionum surgente tempestate projecit eas in pelagus dicens: Abite in profundum, cupiditates malae! ego vos mergam, ne ego mergar a vobis. (Vide Hieronymi epist. 118 ad Julian. num. 5 et Hieronym. 2 adv. Jovin. 9, cf. Diog. Laert. 6,87 Crates.)

Hanc collectionem Φ excipiunt excerpta ex Cicerone (Tusc., de natur. deor.), ex Seneca (de beneficiis), ex Macrobio (saturn. II et VII), ex Gellio aliisque auctoribus.

Fol. 79 col. 1 — Fol. 79 col. 2 ex collectione φ afferuntur hae sententiae: 1, 7, 10, 8, 9, 31, 19, 20, 22, 33, 11, 13, 27, 28, 29, 30, 34, 35, 37, 42, 43, 44, 45, 46, 52, 54, 55, 58, 65.

Post sent. 30 irrepsit: Pytagoras. Fugienda sunt omnibus modis . . . . . . a cunctis rebus intemperantia. cf. Pythagorae praecepta 1 et 2 edita a Woelfflino, Erlangen 1878.

Post sent. 65 legimus: Pytagoras. amicorum debent omnia . . . . . . esse alterum. cf. Pythag. praec. 3.

Inde exhibentur 'Sententiae item philosophorum', quae ex Gellio deprömptae esse videntur.

Collectionis Φ exemplar, quod in hoc codice servatum est, de eo libro descriptum esse videtur, cujus integrius et amplius apographon cod. M nobis offert; nam in utroque libro easdem pravas lectiones invenimus: velut XXXIII, 3 fraglasset, XXXVI, 1 canere, XXXIX, 3 blandam, XLII, ut inutiles, XLVI, 1 utrosque. Pauci minoris momenti errores a codicis Sch librario sublati sunt: III, 2 ne: non, XVII[b] vestris: nostris, XXIII, 1 consilii: consilit (melius conj. Woel. 'consistit'), XXVI, 3 loquendo: lequendo, XXVII, 6 contereret: conterreret, XL, 2 fulmen: flumen. Multo plures loci depravati sunt: velut I, 31 testes om., X, 3 tot: tantos, XIII, 1 tunicam: fortunam, XIV, 1 quam acceptis om., XV, 19 nocens multotiens: nodosa materies, XIX, 2 barbata om., XXVII, 3 dicere: discere, XXVIII, 3 praebes: praevenies, XXVIII, 5 Quo: Duo, XXXII, 3 multiplicatur: duplicatur, XXXIX, 1 Dum: Eum, XLII, 1 indignaveris: indignareris.

Tituli inde a sent. XXI haud raro aut omissi aut mutati sunt, ut XXII, 1 de bonis pro de modo bonitatis, XXXV de patientia pro de male dicentibus, XLIV[b] de modulatoribus pro de censura; novi adscripti sunt: XIII de fortuna, XIV de beneficiis, XXVI, 6 de loquacitate.

Lemmata addita sunt nova: XVII, 2 Socrates, XXXVIII, 4 Epaminondas, XL, 1 Plato, XLI, 4 Julius Caesar, XLVIII, 3 Plato; exciderunt vetera ante has sentt.: I, 13, II, 1, III, 3, XIV, 5, XXI, 1, XXII, 1, 3, XXXIII.

Collectionis φ epitome pertinet ad codicem S, in quo aeque atque in Sch sententiae: 7, 8, 11, 13, 37 oratione recta conscriptae sunt et eaedem, quae extant in Sch, lectiones inveniuntur: sent. 19: et amicum et pecuniam — 22: Epymenon. Inimicos, inquit, meos. . . — 30: qui patiendo custodit — 32: Facile: celerrime — 54: Iracundia . . . . — 58: . . . . est quod pater jubet, impossibile. —

Duae collectiones propinqua cognatione inter se conjunctae sunt, ut ex communi quadam majore utraque petita esse videatur. Hac ratione facillime potest intellegi, easdem sententias in utraque collectione legi, et collectiones sejungendas non esse jam ei librarii cognoverunt, qui duas in unum corpus coegerint.

Quod autem codices nobis servati in una vel altera re inter se discrepant, non impedit, quin — id quod nos statuimus — ab initio non duae collectiones fuerint, sed una.

Collectionem Φ qui exaravit, sententias collegit ex archetypo, in quo tituli adscripti erant, quibus quid singula capita sententiarum ad idem spectantium amplectantur, indicatur. Atque etiam de eadem re complures titulos diversis locis reperias, velut XXIV de maliloquio, XXXV de male dicentibus.

In altera collectione φ, qua non fabellae lepidae aut narratiunculae facetae, quae in coll. φ extant, sed concise et breviter dicta continentur, sententiae ita dispositae sunt, ut eae, quae eidem auctori tribuuntur, in unum locum congestae legantur nec tamen ordo ad materiem spectans plane omissus sit. Huc accedit, quod codici A, in quo haec collectio optime nobis servata est, antiquiore aetate, saeculo decimo, scripto major auctoritas tribuenda est, quam collectionis Φ codicibus, qui inferiores sunt aetate.

Inter omnes autem constat, sententiarum collectiones magis quam alios veterum libros cum antiquis temporibus tum medio aevo a librariis modo amplificatas modo coartatas esse. Atque potissimum earum primae et extremae partes haud raro tum majorem tum minorem subierunt mutationem: ut Parisinis quidem codicibus tres Tullianae sententiae praefixae sunt et codd. B C extremis subjunctae Senecae duae, quae in codd. A F S R omittuntur. In cod. R desunt 28 sententiae, in cod. F 6; quid autem singulis collectionibus additum sit supra diximus.

Non minus depravata sunt corruptelis lemmata et ipsae sententiae. Hujus rei cum alia exempla ex codicibus nostris afferri possunt tum haec:

Lemmata aut transposita sunt, ut: φ 30 Demetrius 31 ipse F — XLIII, 1 Socrates 2 Demades 3 Phocion 4 Oratorem . . . . 5 (om) R —

aut exciderunt, velut: φ 26 Expedire . . . . 27 Ex inimico . . . F — (Alia id genus supra diximus.)

aut ita depravata sunt, ut veram formam non jam intellegas, velut: III, 2 ypato R — VIII, 1 Demogenes M Ermocates R Hermogenes F Sch — XXXVI Megmas M 'idem' R egmos (in margine N) Sch —

φ 20 Diosippus omnes codices — φ 6 Menefranes A B C Menefanes F Menefrates S, cf. XV, 5 Menefranes M Benefrandes Sch —

Ut sententias ipsas paucis attingam, in codicibus primum nonnullis locis ex duabus sententiis una facta est aut ex una duae, velut I, 22 et 23 Praesentibus pro solatio est exhibere tolerantiam in malis. Sch — X, 3 et 4 Quanta felicium gaudia sunt hominum . . . . esse eadem felicitas . . . . F (in voce 'eadem' lemma 'idem' latet). — XXXIII, 2 et 3 . . . . mulier det cumque illum odoribus R — Sententiae φ 42 et 43 in cod. F conjunctae sunt in unam.

Contra: I. 11 Bibe et ede, ut bene vivas. Idem. Non tantum edas et bibas. F — II, 2 'Virtus sine sapientia periculosa est et temeritas putanda' legitur in cod. F post V, 1.

Deinde aliae mutilatae aliae dilatatae sunt, velut: φ 34 'vitetque quod vindicat' om. F — φ 25 Cleobulus. Quanto plus liceat (sic), tanto libeat minus. Cavere nos magis inimicorum invidiam. (Hisce concluditur.) S — X, 4 Felicitas subjecta est semper invidiae, ita sola miseria caret invidia. R.

Tum magna nonnunquam scripturae discrepantia cernitur:

φ 36 Idem. Eum firmum regem, qui . . . A
Idem. Infirmus est rex . . . . . possit agnoscit. S
Idem. Eum infirmum . . . . F
om. R

φ 58 Filio modesto nunquam grave est, quod pietas jubet parentis. A

. . . . . . nunquam grati esse, quod penitus videt impossibile. B C*)

Filio modesto nunquam grave esse (est), quod pater jubet impossibile. F (S)

Filio modesto nunquam est quod pater jubet impossibile. Sch

φ 24 Convivium coagulum amicitiae esse cum bonis; convivium malis convivium imputandum. A (Conj.: convivium cum malis convitium esse p.)

Convivium amicitia est cum bonis . . . convitium est imputandum. F

Coagulum amicitiae est cum bonis convivium. S

---

*) Vocabulum 'impossibile' ex interpretatione aliena fortasse margini adscripta insertum esse videtur; cf. Walt. Burl., qui emendavit: 'nisi sit impossibile'.

φ 44 Turpis est inopia, quae ex gloria nascitur. A
. . . . . quae de inopia nascitur. B C
. . . . quae de gloria nascitur. S F Sch
. . . . quae de gula nascitur. cod. Paris. 8027.

Ex his exemplis intellegas, quam valde codices ipsi interpolati et glossis foedati sint. Quae cum ita sint, consentaneum est apud eos scriptores, qui hos codices excerpserunt, interpolationes et errores cujusvis generis esse multo crebriores, itaque nobis liceat, codices saec. X—XIII scriptos solos tractare et libros medii aevi scriptorum praeterire.

III. De sententiarum lemmatis.

Jam si in quaestionem vocamus, num hae collectiones ex Graeca quadam sententiarum sylloge conversae sint, nostrum est demonstrare, neque quemquam auctorem in eis nominari, qui in ulla alia Graecarum sententiarum collectione non reperiatur neque majorem numerum earum sententiarum, quae ex Romanorum scriptorum libris haustae sint, in eis inesse, exceptis Publilianis versibus,*) quos non raro eis admixtos esse Meyer l. l. p. 44 statuit.

Ac lemmatum quidem, quae in nostris collectionibus leguntur, tria genera sunt distinguenda:

Primo genere haec nomina comprehendo, quae integra nobis servata sunt et cuncta etiam in Graecarum sententiarum collectionibus leguntur:

Agesilaus apud Stobaeum quinquies, apud Maximum ter; Antigonus apud Stob. quinquies, apud Max. bis; Antisthenes ap. Stob. quater decies, ap. Max. quater; Aristippus; Aristoteles; Bias; Cato ap. Stob. septies, apud Max. decies; Chilo ap. Stob. decies, ap. Max. quater; Cleobulus; Demades ap. Stob. quater, ap. Max. ter; Demetrius ap. Stob. octies, ap. Max. ter; Democrates ap. Stob. ter, ap. Max. ter; Demosthenes; Diogenes; Epaminondas ap. Stob. ter, ap. Max. semel; Erasistratus ap. Stob. ter; Euclides ap. Stob. sexies, ap. Max. semel; Gajus ap. Stob. octies, ap. Max. semel; Heraclitus ap. Stob. octies, ap. Max. quater; Hermogenes ap. Ant. Mel. II, 24; Lysander ap. Max. semel; Phocion ap. Stob. septies, ap. Max. ter; Plato; Pyrrhus ap. Stob. quater; Pythagoras; Scipio ap. Stob. semel; Simonides ap. Stob. quinquies decies, ap. Max. bis; Socrates; Solon; Theocritus ap. Stob. septies decies, ap. Max. quinquies; Theophrastus ap. Stob. quinquies decies,

*) cf. pag. 29.

ap. Max. sexies; Xenocrates ap. Stob. quater, ap. Max. bis; Xenophon; Zeno.

Secundum genus est nominum, quae depravata esse videntur neque nisi conjecturae ope in integrum restitui possunt; sed horum quoque vestigia Graecis collectionibus impressa sunt:

Φ I, 12 Demenander M (ex 'De .... (titulus deest) Menander' ortum esse Woelfflin conjecit.) Menander V Benander Sch

VIII, 1 Demogenes M Hermogenes F Sch Ermocates R — De scriptura non prius dijudicabo, quam hanc sententiam in ulla Graeca collectione reperio.

XII, 5 Teocratus M Theocritum Sch — (Theocritum (Chium) conjecerat Woelfflin.)

XIII, 1 Hieremias M (Librarius Hieracem aut Hieronem cum Jeremia propheta confudisse videtur.) Ermogenes R Jrernias Sch — Ismenias conjecit C. L. Roth (Heidelberger Jahrbücher 1855) Hermias (Hermeias) Maehly (Jahrbücher f. Philol. 1855, pag. 463).

XV, 3 Xistus M — Sextium philosophum Pythagoricum intellexit Woelfflin.

XV, 4 Menefranes M — Menophanes conj. C. L. Roth. — φ 6 Menefranes A B C Menefrates S et cod Par. S. Victor. lat. 785 saec. XV Benefrandes Sch

XXXVI Megmas M Negmos Sch (Demas i. e. Demades scripsit Woelfflin.)

φ 20 Diosippus omnes codices — 'Speusippus' emendavit Woelfflin sequens Vinc. Bellovac. et Walt. Burl. (Διώξιππος laudatur a Diog. Laert. VI, 6, 43).

φ 21 Epimenon A S F Epimenes B C, (Epaminondas emendavit Woelfflin.)

Tertium genus continet pauca nomina, quae hominibus Romanae nationis indita sunt neque in ulla collectione, quae publici juris facta est, leguntur:

XII, 2 Tiberius Coruncanius — XVII, 4 Cicero — XXXV, 4 Augustus Caesar (Gajus Caesar apud Stobaeum semel) — XXXV, 5 Tacius (Titus conj. Woelf.) — XL, 2, φ 32 Julius Caesar.

Cum autem eae sententiae, quas illis nominibus adscriptas legimus, quamquam haud dubie antiquae sunt, nullius scriptoris Romani auctoritate nitantur, statuendum esse videtur, eas non a librario ex Romano quodam auctore in nostram collectionem injectas esse, sed potius aeque

ac ceteras ex Graeca collectione nunc quidem deperdita fluxisse, praesertim cum in Stobaei et Maximi libris multa Romanorum nomina et dicta reperiantur.

Sed has sententias, quae ex quibus Romanorum scriptoribus depromptae sint demonstrare nobis licet, posteriore tempore librarii cujusdam manu primae et extremae parti collectionis additas esse censemus: φ 1 Definitio Ciceronis: Nullae . . . Cic. Verrin. 1, 15, 39. — φ 2 Alia. Omnium . . . Cic. Verrin. 1, 15, 38. — φ 3 Alia. Nullus . . . . ibid. 1, 15, 38. φ 84 Seneca dixit: Non est . . . 85 — φ 85 Idem Nihil enim . . .

IV. De sententiis ipsis.

Ad sententias ipsas ut transeam, jam primum omnium moneo, collectiones nostras ab antiquitate esse repetendas, quia nil nisi antiquas sententias continent, cum in omnibus aliis praeter Stobaei florilegium collectionibus, quae adhuc editae sunt, Christianae antiquis praepositae sint. Praeterea si collectiones, quas dicunt Caecilii Balbi, cum Stobaei, Maximi aliorumque libris comparamus, non paucae sententiae nobis occurrunt, in quibus Graece dicta ad verbum Latine reddita esse apparet; multis aliis eadem argumenta, quae in Graecis florilegiis tractantur, sed mutatis verbis esse expressa reperimus. At multae sunt eae sententiae, quas in Graecis florilegiis frustra investigaveris. Meum igitur erit, quae modo statui, de sententiis singulis, quoad ejus facere possum, demonstrare.

Ex lingua Graeca in Latinam translatae sunt hae sententiae:

Φ I, 2 (I)sokrates dixit: Quae facere turpe est, haec ne dicere honestum puta.

Excerpta (floril.) Vindob. 60 (Stob. flor. edit. a Mein. v. IV p. 295): (Isocrates ante sent. 58) Ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, μηδὲ νόμιζε λέγειν εἶναι καλόν.

Orionis anthol. I. 26 (Stob. flor. edit. a Mein. vol. IV p. 252): Ἐκ τῆς παραινέσεως τοῦ Ἰσοκράτους (ad Demon. § 15) Ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν.

Hanc sententiam quo jure Ribbeck in versus formam redegerit, prorsus non intellego: Append. sentent. 211 Quod facere turpe, honestum non est dicere.

I, 25 (= φ 76) Praesentem et laudare et laedere minime decet.

Max. 43 (Loci commun. Ant. et Max. p. 77 ed. Fab.): Polyaeni. Παρόντα μὲν μήτε ψέγε, μήτε ἐπαίνει· τὸ μὲν γὰρ ἔχθραν φέρει, τὸ δὲ κολακείαν.

Hanc sententiam Ribbeck immerito versu includit: Append. 219 Praesentem nec laudare decet nec laedere.

II, 3 Aristippus M (Aristoteles R) dixit. Cum illi quidam diceret: Homines te contempnunt, Et illos asini, inquit, sed nec illi asinos nec ego illos curo.

Diog. Laert. VI, 2, 58: (Διογένης) πρὸς τὸν εἰπόντα· Οἱ πλείους σοῦ καταγελῶσι, Κἀκείνων τυχόν, εἶπεν, οἱ ὄνοι· ἀλλ᾽ οὔτ᾽ ἐκεῖνοι τῶν ὄνων ἐπιστρέφονται, οὔτε ἐγὼ ἐκείνων.

III, 1 Pythagoras dixit: Debere homines viaticum senectuti litterarum eruditionem parare.

Diog. Laert. I. 5, 88 de Biante: Ἐφόδιον ἀπὸ νεότητος εἰς γῆρας ἀνελάμβανε σοφίαν. Id. V, 1, 21 de Aristotele: Κάλλιστον ἐφόδιον τῷ γήρᾳ τὴν παιδείαν ἔλεγε.

cf. flor. Mon. 266: Ὠρίων ἰδὼν νεανίαν φιλοπονοῦντα ἔφη· Κάλλιστον ὄψον τῷ γήρατι ἀρτύεις.

III, 2 Bias Prieneus dixit: Dicendo non defeceris.

Stob. flor. Γ, 80: Σωσιάδου τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὑποθῆκαι. Μανθάνων μὴ κάμνε.

V, 1 Socrates dixit: Patientia miseriarum portus est.

Men. monost. 309: Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη.

Append. sent. 223 Et miseriarum portus est patientia.

V, 2 Diogenes dixit: Ad emendationem sui unumquemque nostrum habere debere aut valde amicum aut valde inimicum.

Plut. de profectu in virt. vol. I p. 98 Did: Διογένης ἔλεγε τῷ σωτηρίας δεομένῳ ζητεῖν προςήκειν ἢ φίλον σπουδαῖον ἢ διάπυρον ἐχθρὸν, ὅπως ἐλεγχόμενος ἢ θεραπευόμενος ἀποφεύγῃ τὴν κακίαν.

VI, 1 De innocentia Plato dixit: Triumphum innocentiae solum esse non peccare ubi liceat posse.

Menand. monost. 638: Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν ἀλλ᾽ ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται.

XI, 2 Socrates cum hospites suos satis tenui caena suscipere pararet et amicus ejus vituperaret, respondit: Si boni viri sunt, aequanimiter ferent; si mali, non curabimus.

Diog. Laert. II, 5, 34 de Socrate: Καλέσας ἐπὶ δεῖπνον πλουσίους καὶ τῆς Ξανθίππης αἰδουμένης ἔφη· Θάρρει· εἰ μὲν γὰρ εἶεν μέτριοι, συμπεριενεχθεῖεν ἄν· εἰ δὲ φαῦλοι, ἡμῖν αὐτῶν οὐδὲν μελήσει.

Max. 13 (Loci commun. Ant. et Max. p. 46 Fab.): Xanthippe. Ξανθίππης Σωκράτει τῷ ἀνδρὶ ἐπιτιμώσης, διότι λιτῶς παρεσκευάζετο ὑποδέξασ-

θαι φίλους, εἶπεν· Εἰ μὲν ἡμέτεροί εἰσιν, οὐδὲν ἐκείνοις μελήσει· εἰ δὲ ἀλλότριοι, ἡμῖν περὶ αὐτῶν οὐδὲν μελήσει.

Ioan. Damasc. Stob. flor. ed. a Mein. vol. IV p. 240.

XII, 5 Theocritus objurgatus a quibusdam, quod multum cum luxuriosis moraretur, respondit, aegris medicum magis necessarium quam sanis esse.

Flor. Mon. 238: Ῥωμύλος (corruptum est) ἐγκαλούμενος, ὅτι πονηροῖς ἀνθρώποις σύνεστιν, ἔφη· Καὶ οἱ ἰατροὶ τοῖς νοσοῦσιν ἀλλ' ὑγιαίνουσιν.

Diog. Laert. VI, 1, 6 de Antisthene: Ὀνειδιζόμενός ποτε ἐπὶ τῷ πονηροῖς συγγενέσθαι, Καὶ οἱ ἰατροί, φησι, μετὰ τῶν νοσούντων εἰσίν, ἀλλ οὐ πυρέττουσιν.

cf. Stob. flor. ΙΓ, 25 = Max. 15: Διογένους. Διογένης Ἀττικοῦ τινος ἐγκαλοῦντος αὐτῷ. διότι Λακεδαιμονίους μᾶλλον ἐπαινῶν παρ' ἐκείνοις οὐ διατρίβει. Οὐδὲ γὰρ ἰατρὸς, εἶπεν, ὑγιείας ὢν ποιητικὸς ἐν τοῖς ὑγιαίνουσι τὴν διατριβὴν ποιεῖται.

cf. Diogenes apud Dionem Chrysost. or. VIII p. 151 Emperius.

XIV, 2 Diogenes cum quandam statuam panem posceret et hoc circumstantes mirarentur, Condisco, inquit, repulsam ferre.

Diog. Laert. VI, 2, 49 de Diogene: Ἤτει ποτὲ ἀνδριάντα· ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί τοῦτο ποιεῖ, Μελετῶ, εἶπεν, ἀποτυγχάνειν.

Plut. de vitioso pudore, π. δυσωπίας 7 (I p. 643 Did.): Διογένης μὲν οὖν τοὺς ἀνδριάντας ᾔτει περιὼν ἐν Κεραμεικῷ καὶ πρὸς τοὺς θαυμάζοντας ἔλεγεν ἀποτυγχάνειν μελετᾶν.

XV, 1 Bias Prieneus dixit: Diu deliberando amicos elige et de electis, qui fideles esse potuerunt, judica. Eosque uno affectu, non uno habeas merito.

Stob. flor. Γ, 79: Σόλων. Φίλους μὴ ταχὺ κτῶ, οὓς δ' ἂν κτήσῃ μὴ ταχὺ ἀποδοκίμαζε.

XV, 7 = φ 26 Theophrastus dixit: Expedire jam probatos amicos amari quam amatos probari.

Stob. flor. ΠΔ, 14 (= Plut. de frat. am. 8): Τοὺς μὲν γὰρ ἀλλοτρίους, ὡς ἔλεγε Θεόφραστος, οὐ φιλοῦντα δεῖ κρίνειν ἀλλὰ κρίναντα φιλεῖν.

Eadem sententia legitur in Joann. Walensis Compendiloq. III. 5, 25 et in libro Cusano, edito a Jos. Kleinio, cf. Haupt Hermae vol. V p. 322; a Ribbeckio ad numeros redacta est: l. l. vol. II p. CXXXIV: Probatum amato amicum, ne amatum proba.

XV, 13 = φ 61 Principium amicitiae est bene loqui, male dicere exordium inimicitiarum.

Flor. Vindob. 67: Ἀρχὴ φιλίας ἔπαινος, ἔχθρας δὲ ψόγος.

Append. sent. 245 Principium amicitiarum est de homine bene loqui.

XVI, 1 Diogenes. Cum illi domum suam homo formae turpis sculptam ostenderet, omnibus in ea locis lapidibus et auro nitentibus, in faciem domini expuit dixitque se aliud vilius in illa domo non respexisse.

Diog. Laert. II, 8, 75 de Aristippo: Σίμου ποτὲ τοῦ Διονυσίου ταμίου πολυτελεῖς οἴκους αὐτῷ καὶ λιθοστρώτους δεικνύντος (ἦν δὲ Φρὺξ καὶ ὄλεθρος) ἀναχρεμψάμενος προσέπτυσε τῇ ὄψει. Τοῦ δ᾽ ἀγανακτήσαντος, Οὐκ εἶχον, εἶπε, τόπον ἐπιτηδειότερον.

Diog. Laert. VI, 2, 32 de Diogene: Εἰσαγαγόντος τινὸς αὐτὸν εἰς οἶκον πολυτελῆ καὶ κωλύοντος πτύσαι, ἐπειδὴ ἐχρέμψατο, εἰς τὴν ὄψιν αὐτοῦ ἔπτυσεν, εἰπὼν χείρονα τόπον μὴ εὑρηκέναι. Οἱ δὲ τοῦτο Ἀριστίππου φασίν.

Idem de Diogene affert Arsenius p. 200 W.

XX, 1 Chilo Lacedaemonius dixit: Nuptias sumptuosas facere vita.

Stob. flor. O, 15: Χείλωνος. Γάμους εὐτελεῖς καὶ ἰσοτίμους ποιοῦ.

dicta VII sapient. Stob. flor. ed. a Mein. vol. IV p. 29: Γάμους εὐτελεῖς ποιοῦ.

XXIV, 2 Simonides dicente quodam, multos sibi (?) de eo ('male' desideratur) loqui, Non desinis mihi, inquit, auribus tuis maledicere?

Stob. flor. B, 42: Σιμωνίδου. Σιμωνίδης ὁ μελοποιὸς εἰπόντος τινὸς ὅτι πολλοὶ αὐτὸν παρ᾽ αὐτῷ κακῶς λέγουσιν, Οὐ παύσῃ, ἔφη, ποτὲ σὺ τοῖς ὠσί με βλασφημῶν;

XXVI, 1 (= φ 4) Xenocrates, cum inter malos taceret, interrogatus, cur hoc faceret, respondit: Quia locutum me aliquando penituit, tacuisse numquam.

Stob. Λ Γ, 12 = Max. 20 (loc. com. p. 154 Fab.): Σιμωνίδης ἔλεγε μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις. cf. Plut. de sanitate praecepta 7.

XXVI, 4 Solon cum aliis loquentibus taceret, interrogatus a Periandro, utrum propter inopiam verborum an quod stultus esset, taceret, respondit: Nemo stultus tacere potest.

Stob. flor. Λ Δ, 15: Σόλωνος. Σόλων ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Περιάνδρου παρὰ πότον, ἐπεὶ σιωπῶν ἐτύγχανε, πότερα διὰ λόγων σπάνιν ἢ διὰ μωρίαν σιωπᾷ, Ἀλλ᾽ οὐδεὶς ἄν, εἶπε, μωρὸς ἐν συμποσίῳ σιωπᾶν δύναιτο. cf. Plut. de garrul. 4 de Biante.

XXVII, 3 Socrates (scribendum est Isocrates) Cleonam garrulum discere volentem sapientiae praecepta duas mercedes poposcit, unam ut tacere, alteram, ut loqui disceret.

Stob. flor. Λ ς, 25 = Max. 47: Ἰσοκράτους. Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ

Καρεῶνος (sic apud Stob.; Καραίωνος ap. Max.) ὄντος λάλου καὶ σχολάζειν αὐτῷ βουλομένου, διττοὺς ᾔτησε μισθούς· τοῦ δὲ τὴν αἰτίαν πυθομένου, Ἕνα μέν, ἔφη, ἵνα λαλεῖν μάθῃς, τὸν δ' ἕτερον ἵνα σιγᾶν.

XXXIII, 1 a Demosthenes. Cum quidam speciosus juvenis Demostheni dixisset, si me sic odissent homines tamquam te, suspendio perissem, Et ego, inquit, si me quemadmodum te amarent.

Ant. I, 60 (Loc. com. Ant. et Max. p. 186 Fab.): (sent. praeced. lemma est Aristoteles) Ὁ αὐτὸς νέου τινὸς εὐειδοῦς μὲν τὴν ὄψιν, ἀσελγοῦς δὲ τὸν τρόπον, λοιδορουμένου αὐτοῦ (corrigendum est αὐτῷ) καὶ λέγοντος, εἰ ἐπίσης αὐτῷ ἐμισεῖτο ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἀπήγξατο ἄν, ἔφη· Ἐγὼ δὲ ἀπηγξάμην ἄν, εἰ ἐπίσης σοι (ὑπὸ om.) τῶν πολιτῶν ἐφιλούμην.

XXXIV, 1 Democrates, cum magistratus Atheniensium furem quendam ad poenam raperent, Magni, inquit, fures minorem puniunt.

Stob. flor. Ι Γ, 30: Δημοκράτους. Δημοκράτης ἰδὼν κλέπτην ὑπὸ τῶν ἕνδεκα ἀπαγόμενον, Ἄθλιε, εἶπε, τί γὰρ τὰ μικρὰ ἔκλεπτες, ἀλλ' οὐ τὰ μεγάλα, ἵνα καὶ σὺ ἄλλους ἀπῆγες;

φ 23 Bias Prieneus dixit, molestius esse inter duos amicos, quam duos inimicos judicare.

Diog. Laert. I, 5, 87 de Biante: Ἥδιον ἔλεγε δικάζειν μεταξὺ ἐχθρῶν ἢ φίλων.

cf. Men. monost. 343: Μηδέποτε πειρῶ δύο φίλων εἶναι κριτής.

φ 33 Simonides cum interrogaretur, quid inter homines celerrime consenesceret, Beneficium, inquit.

Flor. Ioan. Damasc. Mein. vol. IV p. 185: Διογένης ἐρωτηθεὶς τί τάχιστα γηράσκει παρ' ἀνθρώποις εἶπε· Χάρις.

Ant. I, 29 (p. 96 Fab.): (Socr. lemma sent. praeced.) Οὐδὲν ἐν τῷ βίῳ τάχιστα (sic) γηράσκει ὡς χάρις.

Max. 8 p. 557 Comb.: (Lysand. lemma sent. praeced.) Ἡ χάρις, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἐν βίῳ, τοῖς πολλοῖς τάχιστα γηράσκει.

Flor. Mon. 50: Οὐδὲν τῶν ἐν τῷ βίῳ τάχιστα γηράσκει ὡς χάρις.

Diog. Laert. V, 1, 18 de Aristotele: Ἐρωτηθεὶς τί γηράσκει ταχύ, Χάρις, ἔφη.

φ 35 Stultum est, ut velit quis aliis imperare, cum sibi ipse imperare non possit.

Stob. flor. Μ ς, 78: Κάτωνος πρεσβυτέρου. Κάκιστον ἔλεγε τὸν ἄρχοντα εἶναι τὸν ἄρχειν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενον.

Idem legimus apud Plut. reg. et imper. apophth. Cato maj. 8. I. p. 240 Did.

cf. Diog. Laert. I, 2, 60 de Solone: Ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι.

Append. sent. 278 Rib. Stultumst aliis imperare velle, qui haud possit sibi.

Non verborum color sed sensus Graecorum exemplarium in his Latinis sententiis servatus est:

Φ I, 3 Lucrum turpe ut dispendium fugito.

Dicta VII sap. Mein. vol. IV p. 297: Χίλων Λακεδαιμόνιος. Ζημίαν αἱροῦ μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν.

cf. Hesiodi Op. 352 Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ᾽ ἄτῃσιν.

I, 11 Bibe et ede, ut bene vivas: non vivas, ut tantum edas et bibas.

Diog. Laert. II, 5, 34 de Socrate: Ἔλεγε, τοὺς μὲν ἄλλους ἀνθρώπους ζῆν, ἵν᾽ ἐσθίοιεν· αὐτὸν δὲ ἐσθίειν, ἵνα ζώῃ.

Plut. de aud. poetis. I p. 25 Did.: . . ὅτι Σωκράτης τοὐναντίον ἔλεγε τοὺς μὲν φαύλους ζῆν τοῦ ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕνεκα, τοὺς δ᾽ ἀγαθοὺς ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕνεκα τοῦ ζῆν. cf. Athen. IV p. 158.

Max. 20: Ζήνων. Ζῆθι, ὦ ἄνθρωπε, μὴ μόνον ἵνα φάγῃς καὶ πίῃς, ἀλλ᾽ ἵνα τῷ ζῆν πρὸς τὸ εὖ ζῆν καταχρήσῃ.

I, 12 Menander dixit: Compendiosa eos via ad gloriam pervenire, qui darent operam, ut quales videri vellent, tales essent.

Plato Gorg. p. 527: Παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον, οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθόν, ἀλλὰ τὸ εἶναι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. cf. Aeschyli Septem 592: Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ᾽ εἶναι θέλει.

Xen. Mem. I, 7, 1: Ἀεὶ γὰρ ἔλεγε (Socrates) ὡς οὐκ εἴη καλλίων ὁδὸς ἐπ᾽ εὐδοξίαν ἢ δι᾽ ἧς ἄν τις ἀγαθὸς τοῦτο γένοιτο, ὃ καὶ δοκεῖν βούλοιτο.

Xen. Mem. II, 6, 39 Socrates dicit: Ἀλλὰ συντομωτάτη τε καὶ ἀσφαλεστάτη καὶ καλλίστη ὁδός, ὦ Κριτόβουλε, ὅτι ἂν βούλῃ δοκεῖν ἀγαθὸς εἶναι, τοῦτο καὶ γενέσθαι ἀγαθὸν πειρᾶσθαι. cf. Xen. Cyrop. I, 6, 22.

Max. 46 p. 646 Comb.: Heraclitus. Συντομωτάτην ὁδὸν ὁ αὐτὸς ἔλεγεν εἰς εὐδοξίαν τὸ γενέσθαι ἀγαθόν.

Val. Max. VII, 2, ext. 1. Idem (Socrates) expedita et compendiaria via eos ad gloriam pervenire dicebat, qui id agerent, ut quales videri vellent tales etiam essent. cf. Cic. de offic. II, 12, 43.

I, 31: Oculos et aures vulgi malos testes esse.

Orelli opusc. sent. I, 40 Demophili sent. Pythagoricae: Φαῦλος (γὰρ) κριτὴς καλοῦ πράγματος ὄχλος.

Est dictum Heracliti, cf. Bernays Rhein. Mus. IX, 262. (Plaut. Trucul. 2. 6. 8. Pluris est oculatus testis unus quam auriti decem.)

Rib. Append. sent. 221 Saepe oculi et aures vulgi sunt testes mali.

II, 1 Socrates dixit: Sapientis est, ne quem in casum incidat, cavere et, siquid forte acciderit, fortiter ferre.

Flor. Mon. 237: Χρὴ πρὶν γενέθαι τὰ δυσχερῆ προνοῆσαι, ὅπως μὴ γένηται, καὶ γενόμενα εὖ θέσθαι.

Stob. flor. Ρ Η, 73: Πιττακὸς. Συνετῶν μὲν ἀνδρῶν, εἶπεν, ἔργον, ἵνα μὴ γένηται κωλῦσαι, ἀνδρείων δὲ γενόμενα φέρειν ἐγκρατῶς.

Diog. Laert. I, 4, 78 de Pittaco: Ἔλεγέ τε συνετῶν ἀνδρῶν εἶναι, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι ὅπως μὴ γένηται· ἀνδρείων δὲ γενόμενα εὖ θέσθαι.

III, 4 Solon dixit: Eundem debere finem discendi quem vivendi esse.

Plut. Sol. 31: Γηράσκω δ᾽ αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

VII, 2 Liber non est, quem superbus inflammat animus.

Flor. Mon. 57: Οὐδεὶς ἐλεύθερος ὁ ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν.

X, 3 Quanta felicium hominum gaudia sunt, tantos invidorum gemitus esse.

Stob. flor. Λ Η, 43: Θεοφράστου: Τοσούτῳ δ᾽ εἰσὶν οἱ φθονεροὶ δυστυχέστεροι τῶν ἄλλων, ὅσον οἱ μὲν ἐπὶ ταῖς αὐτῶν συμφοραῖς ἀλγοῦσιν, οἱ δὲ φθονοῦντες πρὸς τοῖς ἑαυτῶν κακοῖς καὶ ἐπὶ τοῖς τῶν ἄλλων ἀγαθοῖς λυπούμενοι διατελοῦσιν.

X, 4 Socrates dixit: Felicitas subjecta est semper invidiae.

φ 66 F. s. e. s. adversis.

Stob. flor. Λ Η, 2: Ἀεὶ τὰ σεμνὰ πάντα κέκτηται φθόνον.

Excerpta Vindob. 11: Τῶν εὐτυχούντων ἀνταγωνιστὴς φθόνος.

Max. 18: Ἐκ τῶν Ἐπικτήτου καὶ Ἰσοκράτους· τῶν εὐτυχούντων ἀνταγωνιστὴς ὁ φθόνος.

XI, 1 Epaminondas dixit. Cum rex Persarum magnam illi pecuniam temptans ejus animum in proditionem dirigeret, admitti legatos jussit, cum forte olivas et caseum comederet: admissis, Audite (sic cod., Woelfflin conj. dicite), inquit, numquid hoc prandium proditorem facit?

Stob. flor. Ε, 48: Ἐπαμεινώνδου. Πρέσβεις ἧκον παρὰ βασιλέως χρυσίον κομίζοντος βουλόμενοι δωροδοκῆσαι τὸν Ἐπαμινώνδαν· ὁ δὲ αὐτοὺς εἰς ἄριστον εἰσεδέξατο (ᾔδει γὰρ ἐφ᾽ ᾧτινι ἧκον) καὶ ἐκέλευσεν αὐτοὺς πρότερον ἀριστᾶν, εἶτα λέγειν περὶ ὅτου βούλοιντο. παρακειμένης δὲ τραπέζης φαύλης . . . . καὶ ὀξίνην ἔπινον, οἱ μὲν οὐκ εἶχον ὅτι καὶ εἴποιεν ἐπὶ τούτοις,

ὁ δὲ μειδιάσας. Ἄπιτε, ἔφη, καὶ λέγετε τῷ δεσπότῃ τῷ ὑμετέρῳ οἷα ἄριστα ἀριστῶ. καὶ συνήσει ὅτι ἔγωγ᾽ οὐκ ἂν προδοίην τι ὁ τούτοις ἀρκούμενος.

Flor. Mon. 221: Ξενοκράτει χρημάτων κομισθέντων ἀπ᾽ Ἀλεξάνδρου ἑστιάσας τοὺς κομίσαντας κατὰ τὸν αὐτοῦ τρόπον, Ἀπαγγείλατε, ἔφη, Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι ἔστ᾽ ἂν οὕτω ζῶ, οὐ δέομαι τῶν πεντήκοντα ταλάντων. τοσαῦτα γὰρ ἦσαν τὰ πεμφθέντα. cf. Plut. reg. et imp. apophth. Epam. 13.

XV, 3*) Xistus dixit: Amici vitam tuam imputa (scr. puta) famam. (Bursian conj.: Amici invidiam tuam puta infamiam.) Amici famam tuam imputa (scr. puta) gloriam.

Max. 10: Σέξτου. Ὁ ἐνδιαβάλλων (sic Comb.; διαβαλὼν Gildem.) φίλον μὴ εὐδοκιμείτω κἂν ἀληθῆ λέγῃ. cf. Sexti sent. rec. ed. Gildemeister pag. XLIX.

Append. sent. 240 Amici famam tuam putato gloriam.

XV, 14 Fortunato amico vocatus, infortunato invocatus praesto (esto).

Dicta VII sap. 2 (Stob. flor. ed. a Mein. vol. IV p. 296): Χίλων. Ἐπὶ τὰ δεῖπνα τῶν φίλων βραδέως πορεύου, ἐπὶ δὲ τὰς ἀτυχίας ταχύ (ταχέως). cf. Stob. flor. Γ 79 Χίλων et etiam Aristoph. aves v. 134 c. schol.

XV, 17 Amicum laedere ne joco quidem oportet.

Men. Monost. 9: Ἄδικον τὸ λυπεῖν τοὺς φίλους ἑκουσίως.

XV, 18 Amico ea exhibere decet, quae tibi velis.

Diog. Laert. V, 1, 21 Aristoteles: Ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν τοῖς φίλοις προςφεροίμεθα, ἔφη· Ὡς ἂν εὐξαίμεθα αὐτοὺς ἡμῖν προςφέρεσθαι.

Append. sent. 247 Amicis exhibeto quae tu tibi velis.

XXI, 1 Aristippus. Modus pecuniae quaerendus est, qui nec major necessitate praesenti possit esse nec minor.

Stob. flor. ┐ Δ, 27 Πλάτωνος. Πλάτων ἐρωτηθεὶς, πόσην δεῖ οὐσίαν ἔχειν, εἶπεν· Ὅσην ἔχων οὔτ᾽ ἐπιβουλευθήσῃ οὔτε τῶν ἀναγκαίων ἀπορήσεις. cf. Stob. flor. ┘ Δ, 32 de Aristippo.

XXIV, 1 Zenon dixit: Malum hominem blande loquentem innocentum laqueum esse.

Diog. Laert. VI, 2, 51 de Diogene: Τὸν πρὸς χάριν λόγον, ἔφη, μελιτίνην ἀγχόνην εἶναι.

---

*) Ne quid omisisse aut levius rem tractasse videar, has sententias affero, quas, siquid commune habent, ita inter se connexas esse putem: Amici vita et fama inde orta tua est fama. Quodsi amici bonae famae, quamvis vera dicas, obtrectas, de tua fama, hoc est de tua gloria, detrahis.

Rib. ad suum judicium Append. sent. 253 scribit: Malus blandilocus laqueus innocentiumst.

XXVII, 1 Xenocrates loquaci cuidam, Stulte, inquit, audi melius (fort. scr. audire melius): os unum a natura, aures duas accepimus.

Stob. flor. Λ ς, 19: Ζήνωνος. Ζήνων πρὸς τὸν πλείω λαλεῖν θέλοντα ἢ ἀκούειν, Νεανίσκε, εἶπεν, ἡ φύσις ἡμῖν γλῶτταν μὲν μίαν, δύο δὲ ὦτα παρέσχεν, ἵνα διπλασίονα, ὧν λέγομεν, ἀκούωμεν.

Flor. Mon. 135: Διὰ τί μίαν μὲν γλῶσσαν ἔχομεν, ὦτα δὲ δύο; ὅτι διπλασίονα δεῖ ἀκούειν τοῦ λέγειν.

Max. 47 (loci com. Max. et Ant. p. 156 Fab.): (ante sent. praeced. est lemma Demosthenes) Ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί μίαν γλῶτταν ἔχομεν, ὦτα δὲ δύο, εἶπεν· Ὅτι διπλάσιον δεῖ ἀκούειν τοῦ λέγειν.

Max. 47 (loci comm. Ant. et Max. p. 157 F): Ex Epicteto et Isocrate. Γλῶτταν μίαν τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις δέδωκεν, δύο δ' ὦτα, ἵνα διπλασίονα, ὧν λέγομεν, παρ' ἑτέρων ἀκούωμεν.

XXX, 1 Epaminondas interrogatus, cur nec (ne) festo quidem die aliis dormientibus requiesceret, dixit: Securitas militum est imperantis labor.

Plut. apophth. reg. et imp. Epaminondae 6: Ἑορτὴν δὲ τῆς πόλεως ἀγούσης καὶ πάντων ἐν πότοις καὶ συνουσίαις ὄντων ἀπήντησέ τινι τῶν συνήθων αὐχμηρὸς καὶ σύννους βαδίζων· θαυμάζοντος δὲ καὶ πυνθανομένου τί δὴ μόνος οὕτως ἔχων περίεισιν, Ὅπως, εἶπεν, ἐξῇ πᾶσιν ὑμῖν μεθύειν καὶ ῥαθυμεῖν.

XXXIII, 2 Xenocrates cum quidam ex populo unguenti odore fragrasset, In quo, inquit, viro mulier olet?

Flor. Mon. 165: (Aristoteles est lemma sent. praeced.) Ὁ αὐτὸς θεασάμενος μειράκιον καλλωπιζόμενον, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, ὅτι τῆς φύσεως ἄνδρα σε ποιησάσης σεαυτὸν τεθήλυκας;

XXXV, 1 Aristippus discedens a maledicente sibi dixit: Ut tu linguae tuae, sic ego mearum aurium dominus sum.

Stob. flor. ΙΘ, 6: Ἀριστίππου. Ἀρίστιππος λοιδοροῦντός αὐτόν τινος ἔφη· Τοῦ μὲν λέγειν κακῶς σὺ κύριος εἶ, τοῦ δὲ δικαίως ἀκούειν ἐγώ.

Max. 10, Ant. II, 69: Ἀρίστιππος ὑβριζόμενος ὑπό τινος ἀνεχώρει· τοῦ δὲ ἐπιδιώκοντος καὶ λέγοντος, Φεύγεις; Ναί, ἔφη, τοῦ μὲν γὰρ κακῶς λέγειν σὺ τὴν ἐξουσίαν ἔχεις, τοῦ δὲ μὴ ἀκούειν ἐγώ.

Idem exhibet Diog. Laert. II, 8, 70 de Aristippo.

XXXVIII, 1 Quaerere an deus sit, poena dignum est, quem colere magis quam discutere convenit sapienti.

Men. monost. 474: Σέβου τὸ θεῖον μὴ 'ξετάζων πῶς ἔχει.

XXXVIII, 4 Cujus dictum non habeat jurisjurandi pondus, cjus jusjurandum quoque vile esse.

Max. 33 (loci com. Ant. et Max. p. 145 Fab.): Τρόπου καλοκἀγαθίαν ὅρκου δεῖ πιστοτέραν ἔχειν. cf. Diog. Laert. I, 2, 60 de Solone.

Max. 33 (loci com. Ant. et Max. p. 145 Fab.) Isocrates (Socrates) Δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τρόπον ὅρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους.

XLI, 4 Qui non corripit peccantem, peccare imperat.

Stob. flor. M ς, 112: Πυθαγόρου. Οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς βούλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς.

Append. sent. 264 Peccatum qui non punit peccari imperat.

XLIII, 4 Phocion optimum oratorem esse dicebat, qui plurima paucis diceret.

Plut. apophth. reg. et imp. Phocion 2: Ἐκκλησίας δὲ γενομένης πρὸς τὸν εἰπόντα· Σκεπτομένῳ, ὦ Φωκίων, ἔοικας, Ὀρθῶς, ἔφη· τοπάζεις· σκέπτομαι γάρ, εἴ τι δύναμαι περιελεῖν ὧν μέλλω λέγειν πρὸς Ἀθηναίους.

XLVIII, 4 Si aliena temere protuleris vitia, tua intempestive audies crimina.

Stob. flor. Γ, 79: Χίλων. Μὴ κακολόγει τοὺς πλησίον· εἰ δὲ μή, ἀκούσῃ, ἐφ' οἷς λυπηθήσῃ.

Idem dicta VII sap. (Stob. flor. Mein. vol. IV p. 296 et Diog. Laert. I, 3, 2.)

Append. sent. 268 Aliena narrans crimina audibit sua.

XLVIII, 6 Cave ne armarium quam pectus habeas doctum.

Flor. Mon. 222: Οἰνοπίδης ὁρῶν μειράκιον πολλὰ βιβλία κτώμενον. Μὴ τῇ κιβωτῷ, ἀλλὰ τῷ στήθει, ἔφη.

φ 22 Idem (Epaminondas) dixit: Inimicos meos praestando beneficium torqueo.

Flor. Mon. 181: Ὁ αὐτὸς (Διογένης ante sent. praeced.) ἐρωτώμενος, πῶς ἄν τις ἀμύναιτο τὸν ἐχθρόν, εἶπεν· Εἰ σύγε καλὸς καὶ ἀγαθὸς αὐτῷ γένοιο.

φ 25 Cleobulus dixit, cavere nos amicorum magis invidiam quam inimicorum insidias debere; illud enim apertum, hoc celatum est malum, nocendique fraus quo non speratur potentior (conj.: quo minus sp. — Walt. Burl emend: quae non speratur).

Flor. Mon. 207 = Max 54: Κλεόβουλος ἐρωτηθείς, τίνα δεῖ φυλάττεσθαι, εἶπε· Τῶν μὲν φίλων τὸν φθόνον, τῶν δὲ ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλήν.

Stob. flor. M H, 23 Θεοβούλου. Φεῦγε μὲν τὸν φθόνον τῶν πολλῶν, φυλάσσου δὲ τὰς ἐπιβουλὰς τῶν μισούντων.

Diog. Laert. I. 6, 91 de Cleobulo: Φυλάσσεσθαι γὰρ τῶν μὲν φίλων τὸν ψόγον, τῶν δὲ ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλήν.

Append. sent. 276 Mágis amicorum ést cavenda invidia quam ínsidiae hóstium.

φ 27 Idem (Theophrastus φ 26) dixit: Ex inimico vindictam, si te inimicum senserit, perdidisti. (Theophrastus Sch).

Flor. Mon. 123: Τὸν ἐχθρὸν ἀεὶ προςγέλα καὶ προςαγόρευε· δοκῶν γὰρ εἶναι αὐτῷ φίλος ῥᾷον κακόν τι δράσεις.

Append. p. CXXXIV vol. II Ribbeck versus exemplum proposuit: Vindictam perdes quam inimicus praesenserit.

φ 32 Julius Caesar dixit: Acceptum beneficium aeternae memoriae infigendum.

Excerpta Vindob. 10: Τῶν εὐεργετῶν μηδέποτε λήθην ποιήσῃ.

Max. 8 de Demosthene: Ὁ αὐτὸς ἔλεγε, τὸν μὲν διδόντα χάριν χρὴ παραχρῆμα ἐπιλανθάνεσθαι, τὸν δὲ λαμβάνοντα διὰ παντὸς μεμνῆσθαι.

φ 43 Utilius erubescere quam pallescere.

Plut. reg. et imp. apophth. Cato major 6: Τῶν δὲ νέων, ἔφη, χαίρειν τοῖς ἐρυθριῶσι μᾶλλον ἢ τοῖς ὠχριῶσι.

φ 48 Plurimi sua amittunt, cum (dum) aliena appetunt.

Stob. flor. I, 69: Δημοκρίτου. Τοῦ πλέονος ἐπιθυμίη τὸ παρεὸν ἀπόλλυσι, τῇ Αἰσωπηίῃ κυνὶ ἰκέλη γιγνομένη.

Excerpta Vindob. 65: Ὁ πλειόνων ἐρῶν καὶ τῶν παρόντων ἀποστερεῖται. vide etiam Stob. flor. I, 3 = Max. 22.

φ 69 Discute quod audias, et proba, quod credas.

Men. monost. 566: Ἄκουε πάντων, ἐκλέγου δ' ἃ συμφέρει.

Append. sent. 291 Discute quod audis omne, quod credis proba.

Restant circiter ducentae sententiae, quarum exempla in libris Graecis, quoad mihi praesto sunt, non reperiuntur. In his ipsis aliunde nondum cognitis cum gravitas ac praestantia collectionis nostrae est posita et indicium priscae vetustatis.

V. Quae sententiae Publilio sint vindicandae.

Ex toto sententiarum numero hae sunt certe Publilii Syri:

Φ I, 13 (φ 59) Negat sibi ipse, qui quod difficile est petit = 415 ed. Wölf. Negat sibi ipse qui quod difficile est petit.

I, 29 Ab alio expecta, alteri quod feceris = 2 Ab alio expectes, alteri quod feceris.

VII, 3 Iracundus cum irasci desierit, tunc irascitur sibi = 273 Iratus, cum ad se rediit, sibi tum irascitur.

VII, 4 Respicere nil consuevit iracundia = 580 Respicere nil consuevit iracundia.

VIII, 3 Audendo virtus crescit, tardando timor = sentt. falso inter Publilianas rec. 39 Audendo virtus crescit, tardando timor. Pithoeus. [Audiendo virtutus crescit socordia timor cod. Mon. 6369].

XII, 8 Minimum eget mortalis, qui minimum cupit = 286 Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.

XV, 15 Bonus amicus laesus gravius irascitur = 53 Bonus animus laesus gravius multo irascitur.

XVII, 2 Nulla tam bona est uxor, in qua non invenias, quod queraris = 384 Núlla tam bona ést fortuna, dé qua nil possís queri.

XVII, 3 Animo virum pudica, non oculis eligit = 36 Animo virum pudicae non oculo eligunt.

XXII, 4 (= φ 12) Viri boni est nescire pati vel facere injuriam M A B C F — [Viri boni est scire pati nec facere i. S R] *) = 651 Viri boni est nescire injuriam pati Wölf. Viri boni est nescire facere injuriam. A. Speng. Rib.

XLVIII, 7 Clementia perpetuo vincit qui utitur = 500 Perpetuo vincit qui utitur clementia.

XLVIII, 8 Magnum injuriae remedium est oblivio = 250 Injuriarum remedium est oblivio.

XLVIII, 10 Qui metuit contumeliam, raro accipit injuriam = 503 Qui metuit contumeliam raro accipit.

XLVIII, 11 Discordia interdum fit carior concordia = 131 Discordia fit carior concordia.

φ 44 Turpis est inopia, quae ex gloria A [de inopia B C, de gloria F S R Sch, de gula cod. Paris. 8027] nascitur = sentt. falso inter Publil. rec. 367 Mala est inopia, ex copia quae nascitur. Haupt. Mala est inopia, quae nascitur ex copia. Meyer (Eine Sammlung von Sent. des Publ. Syr. Sitzungsberichte der bair. Akad. 1872 p 18).

φ 63 Multo turpius damnatur, cujus delicto agnoscitur A C delictum agnoscitur B F = Multo turpius damnatur cui in delicto ignoscitur Meyer nisus auctoritate codicis Veronensis O.

---

*) cf. Sen. controvers. 3 praef.: homo summae probitatis, qui nec facere injuriam nec pati sciret.

φ 80 Cui omnes benedicunt, possidet populi bona = 112 Cui omnes benedicunt, possidet populi bona.

φ 82 Difficile est injuriae convenire cum patientia = 145 Difficile est dolori convenire cum patientia.

Praeterea Meyer l. l. p. 44 probavit, has sententias depromptas esse ex collectione nondum in lucem protracta, quae integrior ac plenior fuerit quam eae sint, quas Publilii codices jam editi amplectantur. Sequitur igitur, ut nonnulli vere Publiliani versus libro, quem vocant Caecilium Balbum, contineantur, quos nondum cognovimus esse Publilianos. Accipe quid ille scribat pag 45:

Es ist selbstverständlich, dass derjenige, welcher diese 16 (18) Sprüche aus der Ursammlung auswählte, auch einige mit auswählte, welche uns in den andern Auszügen nicht erhalten sind, m. a. W. dass in Φ φ mehrere sonst nicht bekannte Publiliusverse erhalten sind.

Hoc paucis exemplis allatis illustrare equidem pro mea parte conabor.

Iam Meyer l. l. p. 46 quattuor versus elegit, quos Publilianis adjungere non dubitavit.

φ 46 Amicis ita prodesto, ne tibi noceas*): Amicis ita prodesto, ne noceas tibi. conj. Meyer.

φ 55 Velox consilium sequitur poenitentia*): Eadem verba Pithoeus primus Publilio tribuit.

φ 60 (= Φ I, 16) Malum alienum tuum ne feceris gaudium: Malum ne alienum feceris tuum gaudium. Meyer.**)

φ 81 Geminat peccatum, quem delicti non pudet. Iam Pithoeus Publilianis inseruit.

Praeter illos versus extare aliquot dicta probabile est, quae apud Graecos non reperiuntur, sed tantam cum versibus Publilianis similitudinem prae se ferunt, ut ea quoque a Publilio originem ducere conjicias.

Huc pertinent cum aliae tum hae sententiae:

Φ I, 20 Nulli imponas, quod ipse pati non possis.: Imponas nulli quae ipse non possis pati. proposuit Meyer. Senarius, quem Rib. Apend.

---

*) In codice Veronensi a Meyero O signato huic sententiae antepositum est lemma ‘Socrates’, quod in nostris quoque collectionibus Φ φ (I, 13, VII, 3, VIII, 3, XVII, 2) versibus alibi Publilio addictis praefixum est.

**) Haec sententia jam verborum collocatione versum Publilianum indicat atque a Graeco exemplari: Stob. flor. Γ, 79 Χίλων. Τῷ δυστυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα. (vide etiam Dicta VII sap. Stob. flor. ed. a Mein. vol. IV. p. 297) adeo abhorret, ut nullo pacto ab eo, qui hanc collectionem ex Graeca vertit, ex florilegio Graeco deprompta esse videatur.

sent. 218 restituit: 'Nulli tu imponas ipse quod ferre hau queas' nimis recedit a lectione codicum.*)

I, 28 Poenam a quo merueris, frustra petis praesidium: Ribbeck Append. sentt. 220: Poenam unde mereas frustra praesidium petas.

XV, 20 Socrates dixit: Pro amico occidi expedit, quam cum inimico vivere: Éxpedit pro amíco occidi quám cum inimíco vivere. Meyer.

XVIII, 1 Parere scire cum imperante aequalis est gloria: Rib. append. sent. 250. Parere scire par imperio gloria est.

XXII, 5 Auctor malus bonam rem turpem facit.: Rib. append. sent. 251 Malus auctor etiam honestam rem turpem facit.

XXVIII, 1 Quod diu tractaveris id puta rectissimum: Rib. append. sent. 256. Quod diu tractaris, id puta rectissimum.

XLVIII, 3 Verbosa lingua malitiae indicium est: Rib. append. sent. 267 Verbosa lingua saepe indicium malitiae est.

φ 29 Nocere nescit, qui se velle nocere prodiderit: Nocere nescit qui se velle prodidit. emend. Meyer.

φ 54. Iracundiae (iracundia, S Sch) infelicitas geminatur: Geminatur iracundia infelicitas Meyer.

Atqui nemini licebit hos versus in ordinem Publilianorum recipere, dum neque in ulla Publiliana collectione inventi neque lemmate ‚Pub(li)lius' ut genuini probati erunt.

At Ribbeck in supplendo Publilii opere lineas, ut ita dicam, transiluit, cum ex nostris collectionibus multo majorem dictorum numerum versibus inclusit. Hoc ita se habere, ipse monstrarim sententiis supra allatis, quae quamquam ex Graecis florilegiis petitae sunt, ab illo licenter ad numeros redactae auctori Romano, de cujus fontibus adhuc nihil constat, temere attribuuntur. Idem docuit Meyer l. l. p. 46:

„Diese (neu aus 'Caec. Balb.' gewonnenen Publiliussprüche) werden natürlich nicht 85 sein, — bei Ribbeck stammt Appendix v. 211—296 aus dem Caec. Balb. — sondern höchstens gegen 16."

---

*) Tametsi simile aliquid etiam apud Graecos legitur: Stob. flor. E, 108 Epictet: Ὃ φεύγεις παθεῖν, τοῦτο μὴ ἐπιχείρει διατιθέναι. (cf. ibid, E, 56, Excerpta Vindob. 1, Stob. flor. Γ, 79 dictum Thalis, Orelli opusc. sent. I, p. 150 de Cleobulo) — tamen, quia verba sua fere sponte in versus cancellos intrant, in latina sententia versum Publilianum latere conjicio.

VI. De sententiarum titulis.

Iam hoc mihi reliquum esse video, ut dicam, quid de titulis censeam, qui in collectione Φ reperiuntur.

Illis translati sunt in Latinum ei tituli, qui in Graecis florilegiis leguntur; inde hodie quoque, quibus Graeci titulis usi sint, plerumque intellectu facile est. Quod ita se habere, satis elucebit ex hac tabula:

Φ 2 de sapientia: περὶ σοφίας Ant. I, 8
3 de doctrina: περὶ παιδείας Max. 17, Ant. I. 50 cf tit. 44.
4 de fide: π. πίστεως Max. 51, Ant. I, 44
5 de patientia: π. ὑπομονῆς Max. 42
6 de innocentia: π. ἀκακίας Max. 66, Ant. II, 54; π. ἀνεξικακίας Stob. flor. 19.
7 de ira: π. ὀργῆς Stob. flor. 20
8 de timore: περὶ φόβου Max. 24
9 de dolore: περὶ λύπης Stob. flor. 99
10 de invidia: π. φθόνου Stob. flor. 38
11 de parcitate: π. φειδωλίας Stob. flor. 16
12 de avaritia: περὶ φιλαργυρίας Stob. flor. 10; π. πλεονεξίας Max. 22
13 de fortuna: π. τύχης Stob. ecl. I, 6
14 de beneficiis: π. εὐεργεσίας Max. 8, Ant. I, 29; π. τοῦ εὐεργετεῖν Stob. ecl. II, 42 Phot.
15 de amicitia: π. φίλων Max. 6, Ant. I, 24
16 de homine foedo: περὶ κακῶν καὶ μοχθηρῶν ἀνδρῶν Ant. II, 32; π. αἰσχροῦ?
17 de mulieribus: περὶ γυναικῶν Stob. flor. 73
17[b] de regenda domo: Οἰκονομικός .... Stob. flor. 85
18 de oboedientia: π. εὐταξίας? π. ὑπακοῆς Ant, II, 91
19 de barba:
20 de nuptiis: π. γάμου cod. Laur. VIII, 22 στοχ. γ̄, β′ et γ′.*)
21 de modo pecuniae: Ὅτι τὰ χρήματα ἀβλαβῆ συμμέτρως . . . ποριοθέντα Stob. flor. 94
22 de (modo) bonitatis (de bonis): π. χρηστότητος Max. 57, Ant. II, 83, Stob. flor. 37
23 de secretis: π. ἀπορρήτων Stob. flor. 41
24 de maliloquio: π. καταλαλίας cod. Laur. VIII, 22 στοχ. κ̄, ε′.*)
25 de spe: π. ἐλπίδος: Stob. flor. 110

---

*) v. Wachsmuth commentatio I et II de flor. Joan. Dam. Götting. 1871. 1872.

Φ 26 de taciturnitate: π. σιωπῆς Stob. flor. 33

27 de loquacitate: π. γλωσσαλγίας Max. 47, Ant. II, 70

28 de consiliis: π. βουλῆς Max. 2, Ant. I, 8; π. εὐβουλίας?

29 de occasione: π. καιροῦ Dam. Vat. K. 3 = flor. Laur. VIII, 22 στοχ κ̄, η΄.

30 de cautela: π. εὐλαβείας Ant. II, 84

31 de his, qui aut proficiunt aut degenerant.

32 de contumeliis ab indignis: (π. ἀδικίας Stob. flor. 10; π. ὕβρεως Ant. II, 69)

33 de petulantia: π. θρασύτητος Max 40, Ant. II, 71

34 de his, qui in aliis puniunt, quod committunt: (π. νουθεσίας Max. 16, Ant. I, 49)

35 de male dicentibus: π. καταλαλούντων Ant. II, 69; π. διαβολῆς Stob. flor. 42

36 de danda mercede; [de dandis muneribus conj. Schneidewin]: π. μισθίων χρηστῶν Ant. II, 29; π. μισθωτοῦ cod. Laur. VIII, 22, μ̄, ις΄

37 de qualitate naturae. cf. π. εὐγενείας. ὅτι εὐγενεῖς οἱ κατ' ἀρετὴν ζῶντες κἂν μὴ λαμπρῶν ὦσι γεγονότες πατέρων καὶ ἀγαθῶν τὸν τρόπον. Stob. flor. 86

38 (de religione): π. προςευχῆς Max. 14, Ant. I, 46

39 (de imperio): π. ἀρχῆς Stob. flor. 46

40 (de re militari): π. στρατηγῶν . . . . Stob. flor. 54

41 de malis filiis: π. παίδων μοχθηρῶν Ant. II, 14

42 de pigro: π. ἀργίας Stob. flor. 30; π. μισέργων cod. Laur. VIII, 22

43 de temperantia: π. σωφροσύνης Stob. flor. 5

44 de disciplina: π. παιδείας Max. 17, Ant. I, 50; π. διδαχῆς Max. 15, Ant. I, 48; π. ἀγωγῆς Stob. ecl. II, 31

44[b] de censura: π. ἐπιτιμήσεως?

45 de detractione: π. λοιδορίας Stob. ecl. II, 25 Phot. (π. κατηγορίας?)

46 de contemptu pecuniae: ψόγος πλούτου Stob. flor. 93 (π. χρημάτων?)

47 Quid populum domat.

Sed hic finem nostrae dissertationi ponamus. Qua probatum esse speramus, eum librum, quem vocant Caecilii Balbi, neque primis saeculis aerae Christianae ab antiquo quodam homine Romano esse compositum — id quod Woelfflin statuit — neque esse vile medii aevi opus — quod Duentzer et Reifferscheid contra Woelfflinum contendebant — sed ex Graeca collectione sententiarum magni illa quidem facienda conversum esse. Neque enim in eo lemma aut dictum inest, quod ex Romano auctore praeter Publilium Syrum depromptum esse comprobari possit; sed potius major sententiarum numerus ad Graeca, quae extant in florilegiis, exempla referendus est.